

« magis si agatur de lite intentata adversus Ordinarii praescriptum. « Curandum autem ut mos de quo in casu, removeatur ».

Facta autem de praemissis Ss̄no Dño Nostro Benedicto Div. Prov. PP. XV relatione in audientia insequenti die infrascripto Secretario concessa, Sanctitas Sua datam resolutionem approbare et confirmare dignata est.

I. MORI, *Secretarius*.

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIO

Ss̄nus Dñus Noster Benedictus Pp. XV, decreto huius S. Congr. de Propaganda Fide, nominavit:

17 martii 1921. — *Administratorem Apostolicum vicariatus Finlandiae*, R. D. Michaëlem Ioannem Buckx, e Congregatione Presbyterorum Ss̄ni Cordis Iesu.

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

MONITUM

Rev. Cyprianus Chéhab, monachus graeco-melchitici ritus, Ordinis S. Basilii Magni, Congregationis Soaritae, peragrat per diversas Galliae urbes ad eleemosynas colligendas dicitans se Episcopum esse. Cum vero ipse, nolente Ex̄ño Dño Demetrio Cadi, Patriarcha Alexandrino Graeco-Melchitarum ac in scia hac S. Congregatione, monasterium suum reliquerit, omnibus notum facimus Rev. dum Cyprianum Chéhab suspensum esse et nullam habere facultatem eleemosynas colligendi; ac Rm̄is Ordinariis locorum, ad quae ipse diversurus erit, mandamus, ut eidem iniungant ad suum monasterium quantocius redire.

Datum Romae, ex aedibus dictae S. Congregationis, die 2 maii 1921.

N. CARD. MARINI, *a Secretis*.

L. ✠ S.